

folio

liiii

Carissimi sic
habet deus se erga peccato-
res. Nam corda nostra ci-
uitates anime sunt oblecta cum vicijs et
concupiscentijs per dyabolum mundum
et carnem. deus ex sua misericordia sta-
uit hominibus tempus in quo si velle
poterint inuenire candellam accensam.
id est quod diu vita est in corpore quando-
cumque peccator misericordiam desidera-
ret: pacem et concordiam dei reciperet.
Tota vita nostra est constituta et promissa
sa ut penitentiam faciamus et vitam?
Unde saluator dicit Nolo mortem pec-
catoris etc. Et ideo quod diu anima est in cor-
pore petamus ventam: et misericordiam
obtinere. **Iohannis. xvi.** Penite et
accipietis. Sed certe cum vita nostra
fuerit terminata per mortem: tunc non
erit tempus misericordiam petere et licet
petierimus non daretur nobis. Ergo fa-
ciamus penitentiam quod diu adhuc sumus
in hac vita

**De virili pugna cristi et victoria
Capitulum. xcix.**

Clar regna
uit in cuius regno erat qui
dam miles generosus ac for-
tis qui semel per quandam forestam equi-
tabat bufonem cum serpente vidit pug-
nare. Sed bufo preualuit et serpentem
deuicit hoc videns miles serpentem in-
uit quod bufonem grauiter vulnerauit. eua-
sit fugam accepit tamen per bufonem
vulnerat? grauiter erat miles. Hoc vi-
dens miles de equo descendit sed vene-
num bufonis in vulnere eius remansit
Viles domum perrexit et longo tempe-
re in infirmitate vulneris remansit. Testa-
mentum suum condidit et ad mortem se
parauit. Cum vero semel iuxta ignem sa-
cussisset quasi de vita sua desperatus ser-

pens quem a morte saluauit intrauit Ser-
ui videntes serpentem dixerunt. Dne
quidam serpens intrauit. Viles cum
illum respexit agnouit eum quod serpens
ille erat pro cuius defensione vulnera et
omnia mala suscepit Viles ait. Nolite
eum impedire. Creto quod nullum malum
mibi faciet. Serpens vero coram om-
nibus ad eum accessit et venenum vul-
neris cum lingua suxit quousque os ple-
num habuisset. Statim extra domum
eucurrit et venenum extra se proiecit Re-
dijt et ad vulnus iterato accessit bis ter
quousque totam venenum hausit. Et fac-
to miles serpenti lac ad bibendum dedit
Cum vero sic bibisset bufo a quo miles
vulnus recepit intrauit et contra serpen-
tem pugnare incepit ac si esset inuindic-
tam quod serpens militem sanauit Viles
cum hoc vidisset ait seruis suis. Carissi-
mi sine dubio iste est bufo: quem vulne-
raui pro defensione istius serpentis a
quo oia mala recepi. Si serpentem deuicet
me iuadat et ideo si vitam meam diligi-
tis illum incontinenti occidatis. Ser-
ui hoc audientes cum gladijs et fustibus
illum occiderunt. Serpens vero quasi
applaudendo et regrediendo hinc inde cir-
ca pedes domini se conuertit et foras ex-
iit. Viles vero perfectam sanitatem re-
cuperauit.

Carissimi Moralizatio

Imperator
te est per celestis Viles est
dñs noster ihesus xps. Bufo diabolus.
Serpens homo et hoc propter duo serpens pe-
dici homo. Primo propter peccatum venenum et
propter animam totam ac imagine xpi quam por-
tat. Homo enim contra diabolum habet pugnare
Quia dicitur: non est alius qui pugnet pro no-
bis nisi tu deus noster. Quod vero totum gen-
us humanum propter peccatum primi parentis
erat suppeditatum: xps pro nobis pugnat

b 1